

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber tertius

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

M. T. C. IMPERATOR. C. CAELIO. L. FILIO. S. P. D.



Um optatissimū nunciū accepissem te mihi questorem obrigisse, eo iucundio-
diorem mihi eā sortē sperabā fore, quo diutius in prouincia mecū fuisses.
Magni. n. videbat interesse ad eā necessitudinē, quā nobis fors tribuisset, cō
suetudinem quoq; accedere. Posteaq; mihi nihil neq; a te ipso, neq; ab vilo
alio de aduētū tuo scribereē, verebar ne id ita caderet, qd etiā nūc vereor,
ne ante, q̄ tu in prouinciā venisses, ego de prouincia discederē. Accepi autē
a te missas literas in prouincia, cū essem in castris ad duodecimū Calen. Quintileis scriptas
humanissime, qbus facile & officiū, & igeniū tuū perspici possit, sed neq; vnde, neq; quo die
datē eēt, aut quo tēpore te expectarē, significabāt, nec is, qui attulerat, a te acceperat, vt ex
eo scirem, quo ex loco, & quo tēpore essent datē. Quē cū essent incerta, existimaui tamē esse
faciundum, vt ad te statores meos, & lictores cū literis mitterē, quas si satis opportuno tē-
pore accepisti, gratissimū mihi feceris, si ad me in Ciliciā q̄primū veneris. Nā qd ad me Cu-
rius consobrinus tuus, mihi (vt scis) maxime necessarius, qd item cōsul Virginius propin-
quus tuus familiarissimus noster de te accuratissime scripsit, valet id quidē apud me mul-
tum, sicuti debet hominū amicissimorū diligēs cōmendatio, sed tuē literē de tua presertim
dignitate, & de nostra coniunctione maximī sunt apud me ponderis. Mihi questor optatior
obtingere nemo potuit. Quāobrē quēcūq; a me ornāmēta ī te pficiscetur, elaborabo vt oēs
intelligāt a me habitā esse rationē tuā, maiorūq; tuorū dignitatis, sed id iā facili? cōsequar,
si ad me in Ciliciā veneris, qd ego & mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

Magni in-
teresse.
Tita acci-
deret.

Virginius
contul.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVS.

M. T. C. APPIO PVLCHRO IMPERATORI. S. P. D.



Ipsa respub. tibi narrare posset, quo modo sese haberet, nō facilius
ex ea cognoscere posses, q̄ ex liberto tuo Phannia, ita est homo nō
modo prudens, verum (qd vidi) etiā curiosus. Quapropter ille tibi
omnia explanabit: id em̄ mihi & ad breuitatē est aptius, & ad reli-
quas res prouidētius. De mea autem benevolentia erga te, etsi po-
tes ex eodem Phannia cognoscere, tamē videtur etiam aliq̄ meā
partes. Sic em̄ tibi persuade, charissimū te mihi eē, cū propter mul-
tas suauitates ingenii, officiū, humanitatis tuę, tū q̄ ex literis tuis,
& ex multorū sermonibus intelligo, omnia quę a me profecta sunt
in te, tibi accidisse gratissima. Quod cū ita sit, perficiam pfecto, vt
longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebri-
tate, & magnitudine officiorū meorū sarcia, idq; me (quoniam tu ita vis) puto nō inuita Mi-
nerua esse facturum, quā quidem ego, si forte de tuis sumpsero, nō solum Pallada, sed etiā
Appiada nominabo. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus, sed vt mihi reddidit
a te literas plenas & amoris & officii, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatē
literarum tuarum: iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos
de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid queris? Biduo factus est mihi familiaris, ita ta-
men, vt Phāniam valde sim desideraturus, quē cum Romā remittes, quod (vt putabamus)
celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des-
velim. L. Valerium iuriconsultum, valde tibi cōmendo, sed ita etiam, si non est iuriconsul-
tus. Melius em̄ ei cauere volo, q̄ ipse aliis solet, valde hominē diligo, est ex meis domesticis,
atq; intimis familiaribus, omnino tibi agit gratias, sed idem scribit, meas literas maximum
apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam, atq; etiam rogo. Vale.

Phannia.

Appias.

M. C. PROCONSVL APPIO PVLCHRO IMPERA. S. P. D.



Um & contra voluntatem meam, & preter opinionem accidisset, vt mihi
cum imperio in prouinciam proficisci necesse esset, in multis, & variis mo-
lestiis, cogitationibusq; meis, hac vna consolatio occurrebat, q̄ neq; tibi
amicior q̄ ego sum, quisq; posset succedere, neq; ego ab vilo prouinciam
accipere, qui mallet eam mihi q̄maxime aptam, explanatāq; tradere. Q; si
tu quoq; eandem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto nū-
bb v

Amicior.

Epistolarum familiarium

quod falleret. A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuaque singulari humanitate etiam atque etiam peto, & queso, ut quibuscumque rebus poteris (poteris aut plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. Vides ex senatusconsulto provinciam esse habendam: si eam (quo ad eius facere potueris) expeditissimam mihi tradideris, facilius erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est. Ego te, quod tibi veniet in mentem, mea interesse valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiore oratione expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis a te prouisum esse intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum.

Vale.

M. C. APPIO PVLCHRO. S. P. D.

Presto.



D. XVI. Calend. Iunias Brundisium cum venissem, Q. Fabius legatus tuus mihi presto fuit, eaque me ex tuis mandatis monuit, quae non mihi, ad quae pertinebant, sed vniuerso senatui venerat in mentem, praesidio firmiori opus esse ad istam provinciam. Censebant. n. oes fere, ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberet. Id cum Sulpitius consul passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus, sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit, itaque fecimus. nunc quod a te peti literis iis, quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi curae sit, ut quae successoris coniunctissimo, & amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit, ea pro nostra constantissima voluntate erga te, cura, ac diligentia tua complectare, ut oes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. Ex iis literis, quartum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitare voluisti, sic intellexeram permultos a te milites esse dimissos, sed mihi Fabius idem demonstrauit id te cogitasse facere, sed cum ipse a te discederet integrum militum numerum fuisse. Id si ita est, pro gratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quominus iminueris, quae de re senatusconsulto quae facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro eo quantum te facio, quicquid feceris approbabo: sed te quoque confido ea esse facturum, quae mihi intelliges maxime esse accommodata. Ego C. Pontianum legatum meum Brundisium expectabam, eumque ante Calend. Iunias Brundisium venturum arbitror. Qui cum venerit, cum primum nauigandi nobis facultas data erit, ea utemur.

Vale.

M. C. APPIO PVLCHRO. S. P. D.



Ridie nonas Iunii, cum essem Brundisium, literas tuas accepi, quibus erat scriptum te L. Clodio mandasse, quod illum mecum loqui velles: eum sane expectabam, ut ea quae a te afferret, quae primum cognoscerem. Meum studium erga te, & officium tacenti multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in iis maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem, & dignitatem charissimam esse. Mihi & Q. Fabius Vergilianus, & C. Flaccus L. Filius, & diligentissime M. Octavius Cn. Filius demonstraui me a te plurimum fieri, quod egomet multis iam argumentis ante iudicarem, maximeque illo libro augurali, quod ad me amatissime scriptum suauissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci, tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum. Duos enim duarum aetatum plurimum facio Cn. Pompeium filium tuum socerum, & M. Brutum generum tuum. Collegii coniunctio praesertim tam honorifice a te approbata non mediocrem vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. Sed si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribam plura, & ipse operam dabo, ut te quae primum videam. Quod scribis tibi manendi causam eam fuisse, ut me conuenires, id mihi, ne metuar, gratum est.

Vale.

M. C. APPIO PVLCHRO. S. P. D.

Tralleis.
Presto.
Amicior.



Tralleis veni ad. XIII. Calend. Sextileis, ibi mihi presto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisque tuis, quo quidem hominem neminem potuisti, nec mihi amicior, nec (ut arbitror) ad ea cognoscenda quae scire volebam aptiorem, prudentiorem ve mittere. Ego autem & tuas literas legi libenter, & audiui Lucilium diligenter. Nunc quoniam & tu ita sentis, (scribis enim quae de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerint, tamen quoniam ex alto repetita sunt, non necessaria te putasse) & re vera confirmata amicitia, & perspecta fide, commemoratio officiorum superuacanea est, eam partem orationis praetermittam. tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Adiuertis

em, & didici ex tuis literis, te oibus in reb⁹ habuisse ronē, vt mihi cōsuleres, restitueresq; & pparares quodāmodo oīa, quo mea rō facilior, & solutior eē posset. Hoc tuū officiū cū mihi gratissimū eē dicā, seqtur illud, vt te existimare velim, mihi magnē curē fore, atq; esse iā, primū, vt ipse tu, tuiq; oēs, deinde etiā vt reliqui scire possint, me tibi eē amicissimū. Qd̄ quibus adhuc nō satis est p̄spectū, iū mihi nolle magis hoc aīo nos esse, q̄ nō intelligere vident. Sed p̄fecto intelligēt, neq; n. obscuris p̄sonis, nec paruis ī causis res ageēt. Sed hoc fieri meli⁹ q̄ dici, aut scribi volo. Qz itinerū meorū rō te nōnullā in dubitationē videt adducere, visurus ne me sis ī puincia, ea res sic habet. Brūdufū cū loquerer cū Phānia liberto tuo, veni in eū sermonē, vt dicerē, me libēter ad eā partē puincie primū esse veturū, quo te maxime velle arbitrarer. tūc mihi ille dixit, t̄ classe te velle decedere, p̄fore accōmodatū tibi, si ad illā maritimā partē puincie nauibus accessissem. dixi me esse facturū, itaq; fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Corcyre dixisset minime id esse faciendū, te Laodicee fore ad meū aduentū. erat id mihi multo breui⁹, multoq; cōmodi⁹, cū p̄sertim te ita malle arbitrarer. tua rō postea est cōmutata, nūc qd̄ fieri possit, tu facillime statues. Ego tibi meū cōsiliū exponā. Prope Ca-lend. Sextileis puto me Laodicee fore p̄paucos dies, dū pecunia accipit, q̄ mihi ex publica p̄mutatiōe debet, cōmorabor. Deīde iter faciā ad exercitū, vt circiter Idus Sextileis purē me ad Iconiū fore. sed si qd̄ nūc me fallit in scribēdo, (p̄cul. n. absum ab re ip̄a, & locis) simulac p̄gredi cōperō, q̄celerrimis potero, & q̄creberrimis lris faciā vt tibi nota sit oīs rō dierū, atq; itinerū meorū. Oneris tibi īponere, nec audeo qcq; nec debeo. Sed qd̄ tuo cōmodo fieri possit, vtriusq; nrm magni īterest, pri⁹ vt te cōueniā, q̄ decedas. Quā facultatē si qs casus erit puerit, mea tñ in te oīa officia cōstabūt, nō secus ac si te vidissem. Tibi de nostris reb⁹ nihil sum ante mādatur⁹ p̄ literas, q̄ desperaro corā me tecū agere posse. Qz te a Sceuola petiisse dicis, vt dū tu abesses ante aduētū meū, puincie p̄esset, eū ego Ephesi vidi, fuitq; mecū familiariter triduū illud, qd̄ ego Ephesi cōmoratus sum, nec ex eo qcq; audiui, qd̄ sibi a te mādaturū diceret. sane aut̄ vellē potuisse obsequi volūtati tuē. nō em̄ arbitror noluisse. Vale.

M. T. C. APPIO PVLCHRO. S.



Vm meū factū cū tuo cōparo, etsi nō magis mihi faueo ī nra amicitia tuē da, q̄ tibi, tñ multo magis meo facto delector, q̄ tuo. Ego. n. Brūdufū quesiui ex Phānia, cuius mihi videbar & fidelitatē erga te p̄pexisse, & nosse locū quē ap̄d te is teneret, quā in partē puincie maxime putaret te velle, vt in succedēdo primū venire. Cū ille mihi respōdisset, nihil me tibi grati⁹ facere posse, q̄ si ad Sidā nauigassem, etsi minus dignitatis habebat ille aduentus, & ad multas res mihi minus erat aptus, tñ me ita dixi esse facturū. Idē ego cū L. Clodius Corcyre cōuenissem, hoīem ita tibi cōiunctū, vt mihi, cū illo cū loquerer, tecū loq̄ viderer, dixi ei me ita facturū eē, vt in eā partē, quā Phānia rogasset, primū venire. Tūc mihi ille cū gratias egisset, magnopere a me petiuit, vt Laodiceā protinus irē, te in prima puincia velle esse, vt q̄primū decederes, quin nisi ego successor eēm, quē tu cuperes videre, te antea q̄ tibi successum esset, decessurū fuisse, qd̄ quidē erat cōsentaneū cū iis literis, quas ego Romae acceperā, ex qbus p̄pexisse mihi videbar, q̄ festinates decedere. Respōdi Clodio me ita esse facturū, ac multo qdē libētius, q̄ si illud esset faciendū, qd̄ pmiserā Phānie. Itaq; & cōsiliū mutauī, & ad te statim mea manu scriptas literas misi, quas qdē ex tuis literis itellexi satis mature ad te esse platas. Hoc ego meo facto valde delector. Nihil em̄ potuit fieri amanti⁹. Cōsidera nūc vicissim tuū: nō modo ibi nō fuisti, vbi me q̄primū videre posses, sed eo discessisti, quo ego te ne p̄seq̄ quidē possem triginta diebus, qui tibi ad succedēdū lege (vt opinor) Cornelia cōstituti essent: vt tuū factū illis, qui quo aīo inter nos sumus, ignorāt, alieni hoīs (vt leuissime dicā) & fugiētis cōgressum, meū vero cōiunctissimū, & amicissimū esse videat. At mihi tñ ante, q̄ in puinciā venissem, reddite sunt a te litere, quibus etsi Tarsum p̄ficisci demonstrabas, tñ mihi nō dubiā spem mei cōueniendi afferebas: cū interea credo equidē male uoli hoīs (late. n. patet hoc vitium, & est in multis) sed tñ p̄babilē materiē nacti sermonis, ignari meē cōstantie, conabatur alienare a te volūtātē meā, qui te forū Tarfi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent, cū posses iā suspicari tibi eē successum: q̄ ne ab iis quidē fieri solerēt, q̄ breui tpe sibi succedi putarēt. Horū ego sermone nō mouebar, qn̄ etiā (credas mihi velim) si quid tu ageres, leuari me putabā molestia, & ex annua puincia, quē mihi longa videret, p̄pe iam vndecim mēsiū puinciā factam esse gaudebā, si absentī mihi vnus mēsis

†quo classe velles.

Prope Ca-lend. Sext.

Ad Sidā.

Epistolarum familiarium

labor detractus esset. Illud (vere dicam) me mouet, tanta militū paucitate abesse tres cohortes, q̄ sint plenissime, nec me scire vbi sint. Molestissime autē fero, q̄ te vbi visurus sim, nescio, eoq̄ ad te tardius scripsi, q̄ quotidie te ipsum expectabam, cū interea ne literas quidē vllas accepi, quę me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. Itaq̄ virum fortem, mihiq̄ in primis probatū Antonīū prefectū euocatorum misi ad te, cui (si tibi videret) cohortes traderes, vt dum tēpus anni esset idoneum, aliquid negotiū gerere possem. in quo tuo consilio vt me sperare esse vsurum, & amicitia nostra, & literę tuę fecerāt, qđ ne nūc quidē despero. Sed plane qñ, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari qđ possum. Ego vt me tibi amicissimū esse & equi, & iniqui intelligant, curabo. De tuo in me aīo iniquis secus existimādi videris nō nihil loci dedisse. Id si correxeris, mihi valde gratū erit. Et vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias, ego in prouinciam veni pridie Calē. Sextileis, iter in Ciliciam facio per Cappadociam, castra moui ab Iconiō pridie Calend. septēbris. nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse cōueniēdū, cōstitues quo loco id commodissime fieri possit, & quo die.

Vale.

M. T. C. SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO.



Luribus verbis ad te scribam, cū plus otii nactus ero. Hęc scripsi subito, cū Brutī pueri Laodiceę me cōuenissent, & se Romā properare dixissent. Itaq̄ nullas iis, p̄terq̄ ad te, & ad Brutū dedi literas. Legatī Appiani mihi volumē a te plenū querelę iniquissime reddiderūt, q̄ eorū edificatiōnē literis meis impediissem. Eadē epistola petebas, vt eos q̄ primū, ne in hyemē inciderēt, ad facultatē edificādi liberarē, & simul peracute querebare, q̄ eos tributa exigere vetarē prius, q̄ ego re cognita permisisssem. Genus n. qđdā fuisse impediēdi, cū ego cognoscere nō posse, nisi cū ad hyemē me ex Cilicia recepissē. Ad oīa accipe, & cognosce equitatē expositatiōis tuę. Primū cū ad me aditū esset ab iis, qđ cerēt a se intolerabilia tributa exigī, qđ habuit iniquitatis me scribere, ne facerēt ante, q̄ ego rē causamq̄ cognoscerē: nō poterā credo ante hyemē. (sic. n. scribis) quasi vero ad cognoscendū ego ad illos, nō illi ad me venire debuerint. Tā lōge inquis! Quid cū dabis iis literas, per quas mecū agebas ne eos impedirē, quo minus ante hyemē edificarēt, nō eos ad me venturos arbitrare: tātēsi id quidē fecerūt ridicule. Quas. n. literas afferebāt vt opus estate face-re possent, eas mihi post brumā reddiderūt. Sed scito, & multo plureis eē, qui de tributis recusent, q̄ q̄ exigī velint, & me tamē, qđ te velle existimē, esse facturū. De Appianis haecenus. A Pausania Lentulī liberto ac Cesonio audiui, cū diceret te secū esse questū, q̄ tibi obuiā nō pdisssem. Scilicet cōtempsti te: nec pōt fieri me qđq̄ supbius! Cū puer tuus ad me secūda fere vigilia venisset, isq̄ te ante lucē Iconiū mihi venturū nunciasset, incertūq̄ vtra via, cū eēt duę, altera Varronē tuū familiarissimū, alteraq̄ Leptā p̄fectū fabrū meū tibi obuiā misi: mādaui vtriq̄ eorū, vt ante ad me excurrerēt, vt tibi obuiā prodire possēt. Currens Lepta venit, mihiq̄ nūciauit te iā castra p̄tergressum eē, cōfestim Iconiū veni, cetera iā tibi nota sunt. An ego tibi obuiā nō prodire: primū Appio Claudio! deinde imperatori! deinde more maiorū: deinde, qđ caput est, amico! p̄sertim cū in isto gñe multo etiā ambitiosius facere soleā, q̄ honos meus, & dignitas postulat. sed hęc haecenus. Illud idē Pausania dicebat te dixisse, quid ni Appi? Lētulo, Lētulus Appio p̄cessit obuiā, Cicero Appio noluit! Quęso etiā ne tu has ineptias homo mea sentētia summa prudētia, multa etiā doctrina, plurimo rerū vsu, ad do vrbānitātē, quę est virtus, vt Stoici rectissime putāt, vllā Appietatē, aut Lētulitatē valere apud me plus, q̄ ornāmēta virtutis existimas! Cū ea cōsecutus nōdū erā, quę sunt hoīm opīnionibus amplissima, tñ ista vestra noīa nunq̄ sum admiratus, viros eos, q̄ ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Postea vero q̄ ita & cepi & gessi maxima imperia, vt mihi nihil neq̄ ad honorē, neq̄ ad gloriā acq̄rendā deesse putarē, superiorē quidē nunq̄, sed parem vobis me speraui esse factū. Nec me hercule aliter vidī existimare, vel Cn. Pōpeiū, quē oīb⁹ qui vnq̄ fuerūt, vel P. Lentulum, quē mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis si paulo diligētius & quid sit *δύσκολον*, quid sit *εὐχόσια* intelligas, & si Athenodorus Sandonis filius qđ de his rebus dicat attenderis. Sed vt ad rem redeam, me tibi nō amicū modo, verumetiam amicissimum existimes velim. Profecto omnibus meis officiis efficiam, vt ita esse vere possis iudicare. Tu autem si id agis, vt minus mea causa, dum ego absūm, debere videaris, q̄ ego tua laborarim, libero te ista cura *πάρος ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἱ κέ με ἀμίσωσι, μάλα γὰρ ἀδελφικῶς ἐπιμετιέταις*

Iter facio.

† Apamea-
ni.
Volumen.

Ironia.
Aditū ab
iis &c.

† Apamea-
nis.

Appietas
Lentulitas

Si autem natura es φιλαία illud non perficies, quo minus tua causa velim: hoc assequere, ut in quam partem accipias, minus laborē. Hec ad te scripsi liberius, frater consuetudinis officii mei, beneuolentia, quā a me certo iudicio susceptā, quoad tu voles, conseruabo. Vaie.

M. T. C. SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO.



Si quātū ex literis tuis intelligere potui, videbā te hāc epistolā, cū ad urbē tūc, esse lecturum, refrigerato iā leuissimo sermone hoīm puincialium, tū cū tu tam multis verbis ad me de improborū oratione scripsisses, faciendum mihi putauī, ut tuis literis breui responderem. Sed prima duo capita epistolę tuę tacita mihi quodāmodo relinquēda sunt. Nihil enim habent, quod aut definitū sit, aut certū, nisi me, vultu, taciturnitate, significasse tibi non esse amicum, idque pro tribunali, cū aliqd agerēt, & nonnullis in conuiuiis intelligi potuisse. Hoc totū nihil esse, possum intelligere: sed cū sit nihil, nec quod dicat quod intelligo. Illud quod scio, meos multos, & illustres, & ex superiore, & ex equo loco, sermones habitos cū tua summa laude, & cū magna significatiōe nostrę familiaritatis, ad te vere potuisse deferri. Nā quod ad legatos attinet, quod a me fieri potuit, aut elegātius, aut iustius, quā ut sumptus egerissimarū ciuitatū minuerē sine vlla iminutiōe dignitatis tuę, presertim ipsis ciuitatibus postulātib⁹. Nā mihi totū genus legationū tuo noīe pficiscentiū, notū non erat. Apameę cū eē, multarū ciuitatū principes ad me detulerūt sumptus decerni legatis nimis magnos, cū soluēdo ciuitates non essent. Hic ego multa simul cogitauī. primū te hoīem, non solū sapientē, verū etiā (ut nūc loquimur) urbanū, non arbitrarē gñe isto legationū delectari, idque me arbitror Synadis p tribunali multis verbis disputauisse. Primū Appium Claudiū fenatū, populoque Romano non Mynēsum testimonio (in ea enim ciuitate mērio facta est) sed sua sponte esse laudatū. Deinde me ista vidisse accidere multis, ut eorū causa, legatiōes Romā venirēt, sed his legationibus non meminisse vllū tēpus laudādi, aut locū dari, studia mihi eorū placere, quod in te benemerito grati essent, consiliū totū videri minime necessariū. Si autē vellent declarare in eo officiū suū, laudaturū me, si quis suo sumptu functus esset officio: concessurum, si legitimo: non permissurum, si infinito. Quid enim reprehendi potest: nisi quod addis visum eē quibusdā, edictū meū, quasi consulto ad istas legatiōes impediēdas esse accommodatū. Iā non tantū mihi videtur iniuriā facere illi, qui hęc disputāt, quā si cuius aures ad hāc disputationē patēt. Romę cōposui edictū, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meū diligētissime scriptū. caput est, quod pertinet ad minuēdos sumptus ciuitatum: quo in capite, sunt quedam noua salutaria ciuitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc vero, ex quo suspitio nata est, me exgisse aliqd, in quo te offenderē, tralatitiū est. Neque enim eram tam desipiens, ut priuatę rei causa legari putarē, qui & tibi non priuato, & pro re non priuata sua, sed publica, non in priuato, sed in publico orbis terrę consilio, idest in senatu, ut gratias agerēt, mittebātur. Neque cum edixi, ne quis iniustū meo proficisceretur, exclusi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. Nam id est maxime in tuis literis irridendū. Quid enim erat quod me persequeretur in castra, Taurū ne trāsiret: cū ego Laodicea vsque ad Iconiū iter ita fecerim, ut me oīm illarū dioecesium, quę eis Taurū sunt, oīmque earū ciuitatū magistratus, legationesque cōuenirent. nisi forte postea cōeperint legare, quę ego Taurū trāsgressus sum, quod certe non ita est. Cū. n. Laodiceę, cum Apameę, cū Synadis, cū Philomeli, cū Iconiū essem, quibus in oppidis oībus cōmoratus sum, oēs iam istius generis legationes erant cōstitutę. Atque hoc tamē te scire volo, me de isto sumptū legationū, aut minuēdo, aut remittēdo decreuisse nihil, nisi quod principes ciuitatū me postulassent, ne in venditiōne tributorū, & illā acerbissimā exactionē, quā tu non ignoras, capiti, atque ostiorū inducerentur sumptus minime necessariū. Ego autē cū hoc suscepissem, non solū iustitia, sed etiā misericordia adductus, ut leuarem miseris perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos, non potui in illo sumptu non necessario negligēs esse. Tu cū istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. Si autē hoc genere delectaris, ut quę tibi in mentē veniāt, aliis attribuas, genus sermonis inducis in amicitia minime liberale. Ego si in puincia de tua fama detrudere vnq̄ cogitassē, non ad generū tuū Lētulū, neque ad libertū tuū Brūdusū, neque ad prefectū fabrū Corcyre, quē in locū me venire velles, rerulissē. Quare potes doctissimis hominibus auctoribus, quorū sūt de amicitia gerēda pclarissime scripti libri, gen⁹ hoc totū orōnis tollere. Disputabāt, ego cōtra disserebam: dicebāt, ego negabā: an mihi de te nihil eē diciturū

†venisses.

Fieri a me,

Soluendo.

Urbanus,

Inimicus
Postulatio
Eius dicit

Dioeceses,

Delati ser-
mones,

ignot
inducti
indicatio

Epistolarum familiarium

vnq̄ putas: ne hoc quidē, q̄ cum me Laodiceā venire voluisses, Taurū ipse transfisses: q̄ iisdē diebus meus cōuentus erat Apameę, Synadis, Philomeli, tuus Tarfi: Non dicā plura, ne in quo te obiurgē, id ip̄m videar imitari. Illud dicā, vt sentio, si ista q̄ alios loqui dicis, ipse sentio, tua summa culpa est: sin alii tecū hęc loquuntur, tua tñ, q̄ audis, culpa nōnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra cōstans, & grauis reperietur. Qz si qs me astutiorē fingit, qd̄ potest esse incallidius, q̄ cū te absentē semp̄ defenderim, cū presertim mihi vsu venturū nō arbitrarer, vt ego quoq̄ absens a te defendendus essem, nūc cōmitterem, vt tu iure optimo me absentē deferere posses: Vnū genus excipio sermōis, in quo persepe aliqd̄ dicis, qd̄ te putem nolle dici, si aut legatorū tuorū quispiā, aut prefectorū, aut tribunorū militū male dicit. Qd̄ tamē ip̄m nō mehercule adhuc accidit me audiēte, vt aut graui⁹ diceretur, aut impudens, q̄ mecū Corcyre Clodius est locutus, cū in eo genere maxime quereretur te aliorū improbitate minus felicē fuisse. Hos ego sermones, q̄ & multi sunt, & tuam existimationē, vt ego sentio, non offendunt, lacerari nūq̄, sed non valde repressi. Si quis est, qui neminē bona fide in gratiā putet redire posse, nō nostrā is p̄fidia coarguit, sed indicat suā, simulq̄ nō de me, is pius, q̄ de te existimat. sin aut quē mea instituta in puincia nō delectant, & quadā dissimilitudine institutorū meorū, ac tuorū, ledi se putat, cū vterq̄ nostrū recte fecerit, sed nō idē vterq̄ secutus sit, hūc ego amicū habere nō curo. Liberalitas tua, vt hoīs nobilissimī, la rius in puincia paruit: nostra si angustior, & si de tua plixa, beneficaq̄ natura limitauit ali qd̄ posterior annus, p̄pter quadā tristitiā tēporē, nō debēt mirari hoīes, cū & natura semp̄ ad largiēdū ex alieno fuerim restrictior, & tēporibus qbus alii mouētur, iisdē ego mouear, t̄me eē acerbū sibi, vt sim dulcis mihi. De rebus vrbānis q̄ me certiorē fecisti, cū per se mihi gratū fuit, tū q̄ significasti tibi omnia mea mādata cure fore. in qbus vnū illud te precipue rogo, vt cures ne qd̄ mihi ad hoc negotiū, aut oneris accedat, aut t̄pis. Hortēsiūq̄ nostrū col legā, & familiarē roges, vt si vnq̄ mea causa q̄q̄, aut sensit, aut fecit, de hac quoq̄ sententia bima decedat, qua mihi nihil pōt esse inimicius. De nostris reb⁹ qd̄ scire vis, Tarso Nonis Octob. Amanū versus p̄fecti sumus. Hęc scripsi postridie eius diei, cū castra haberē in agro Mofestie. Si qd̄ egero, scribā ad te, neq̄ domū vnq̄ ad meos literas mittā, quin adiungā eas, quas tibi reddi velim. De Parthis qd̄ queris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerūt admixto Parthico ornatu, dicūtur oēs reuertisse. Hostē esse in Syria negāt vllū. Tu velim ad me q̄se pissime, & de tuis reb⁹ scribas, & de meis, & de omni reip̄. statu, de quo sum sollicit⁹ eo magis, quo ex tuis literis cognoui, Pōpeium nostrū in Hispaniam iturum. Vale.

M. T. C. APPIO PVLCHRO. S.



Ad me misisti.

videbam.

Longi subsellii iudicatio.

Ex tandē legi literas dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligētię: aspectus videlicet vrbis tibi tuā pristinā vrbānitātē reddidit. Nam quas ex itinere ante, q̄ ex Asia egressus es, ad me literas misisti, vnas de legatis a me phibitis p̄ficisci, alteras de Apameorū edificatiōe ip̄edita, legi perinuitus. Itaq̄ cōsciētia mea cōstāris erga te voluntatis rescripsi tibi sub iratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo liberto meo dedisti, cognoui, intellexiq̄ in puincia multos fuisse, q̄ nos, quo aīo iter nos sumus, esse nollēt. ad Vrbē vero vt accesseris, vel poti⁹ vt primū tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absentē fide, qua i oib⁹ officiis tuēdis erga te obseruātia, & cōstātia fuisset. Itaq̄ quātū illud me estimare putas, qd̄ est in tuis literis scriptū: si qd̄ iciderit, qd̄ ad meā dignitatē pertinet, etsi vix fieri posset, tñ te parē mihi gratiā relaturū. Tu vero facile facies. NIHIL est. n. qd̄ studio, & beneuolētia, vel amore poti⁹ effici nō possit. Ego etsi ipse ita iudicabā, & fiebā crebro a meis p̄ literas certior, tñ maximā letitiā cepi ex tuis literis de spe minime dubia & plane explorata triūphi tui: neq̄ vero ob eā causam, quo ipse facilius cōsequeretur (Nā id qd̄ dē t̄pi nō est) sed mehercule q̄ tua dignitas, atq̄ amplitudo mihi est ip̄a chara p̄ se. Quare qm̄ plureis tu habes q̄ ceteri, quos scias in hęc puinciā proficisci, q̄ te adeunt fere omnes, si quid velis, gratissimū mihi feceris, si ad me simulatq̄ adeptus eris, qd̄ & tu cōfidis, & ego opto, literas miseris. Lōgi subsellii (vt n̄ Pompei⁹ appellat) iudicatio, & mora, si quē tibi itē vnū, alterūve diē astulerit (qd̄ em̄ potest amplius:) tua tamē dignitas suū locum obtinebit. Sed si me diligis, si a me diligi vis, ad me literas, vt q̄primū letitia afficiar, mittito. Et velim reliquū qd̄ est promissi, ac muneris tui, mihi persoluas: cū ipsam cognitionem iuris auguriū consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me muneribusq̄

delector. Quod autem a me tale quiddam desideras, sane mihi considerandum est, quoniam te remunerer potissimum genere, nam profecto non est meum, qui in scribendo (ut soles admirari) tantum industrię ponam, committere, ut negligens scribendo fuisse videar, presertim cum id non modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimine futurum sit. Verum hæc videbimus. Illud quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque, & pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia, cures, enitare, ut supplicatio nobis quoniam honorificissime, quam primam decernatur. Omnino serius misi literas, quam vellem, in quo cum difficultas nauigandi fuit odiosa, tum in ipsum discesum senatus, incidisse credo meas literas: sed id feci adductus auctoritate, & consilio tuo, id quod a me recte factum puto, quod non statim ut imperator appellatus sim, sed aliis rebus additis, estiuusque confectis literas miserim. Hęc igitur tibi erunt cure, quemadmodum ostendis, me quod totum, & mea, & meos commendatos habebis.

Vale.

Me, mea, & meos.

M. T. C. APPIO PVLCHRO. S.



Um est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facefferent, etsi grauer primo nuncio commotus sum, quod nihil tam præter opinionem meam accidere potuit, tamē ut me collegi, cetera mihi facillima videbant, quod & in te ipso maximam spem, & in tuis magnam habebam, multaque mihi veniebant in mentem, quoniam obrem istum laborem tibi etiam honori putare fore. Illud plane moleste tuli, quod certissimum & iustissimum triumphum, hoc inuidorum consilio esse tibi ereptum videbam. Quod tu si tanti facies, quāti ego semper iudicauit faciendum esse, facies sapienter, & ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. Ego enim plane video fore neruis opus, sapientiaque tua, vehementer, ut inimicos tuos poeniteat intemperantie sue. De me tibi sic obtestans omnes deos, permitto, atque confirmo, me pro tua dignitate (malo, n. dicere quam pro salute) in hac prouincia, cui tu presuisti, rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate chari hominis (ut spero) apud ciuitates, grauitate imperatoris, suscepturum officia, atque parteis. Omnia volo a me & postules, & expectes, vincam meis officiis cogitationes tuas. Quod Seruilius perbreuis a te mihi literas reddidit, quę mihi tamē nimis longę visę sunt. Iniuriam enim mihi fieri putabam, cum rogabar. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quāti ego te, quāti Pompeium, quę vnū ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quāti Brutum facerem, quę in consuetudine quotidiana perspexisses sicuti perspicies, sed quoniam accidit, si quid a me pretermisum fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus confitebor. Potinius qui a te tractatus est prestati, ac singulari fide, cuius tui beneficii sum ego testis, prestat tibi memoriā beneuolentiaque quā debet, qui, cum maximis rebus suis coactus a me inuitissimo decessisset, tamē ut vidit tua interesse, conscendens iam nauem Epheso Laodiceam reuertit. Talia cum te studia videam habiturum esse innumerabilia, plane dubitare non possum, quoniam tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit. Si vero efficias ut censes creent, & si ita gesseris censure, ut & debes, & potes, non tibi solū, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te presidio futurum. Illud pugna, & enitere, ne quod nobis tempus proget, ut cum hic tibi satisfecerim, istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare possimus. Quę de hominibus, atque ordinum omnium erga te studiis, scribis ad me, minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt, eademque ad me prescripta sunt a familiaribus meis. Itaque capio magnam voluptatem, cum tibi, cuius mihi amicitia non solū ampla, sed etiam iucunda est, ea tribui quę debeant, tū vero remanere etiam nunc in ciuitate nostra studia prope omnium consensu erga fortes, & industrios viros: quę mihi ipsi vna semper tributa merces est laborum, & vigiliarum mearum. Illud vero mihi permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente, cuius ego salutem duobus capitibus iudiciis summa contentione defendi, ut tuis inimicitias suscipiendis obliuisceret patroni omnium fortunarum, ac rationum suarum, presertim cum tu omnibus vel ornamentis, vel presidiiis redueres, illi (ut leuissime dicam) multa deessent. Cuius sermo stultus, & puerilis, erat iam antea ad me a M. Celio familiari nostro prescriptus, de quo ite sermone multa scripta sunt abs te. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quam nouam conciliaissem. Neque, n. de meo erga te studio dubitare debes, neque id est obscurum cuiquam in puincia, nec Romę fuit. Sed tamen significatur in tuis literis suspitio quedam & dubitatio tua, de qua alienum tempus est mihi tecum exposulandi, purgandi autem mei, necessarium. Vbi, n. ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteret. Aut in quo potui, si te palam odissem, minus quod tibi obesset facere: sic iam magis apte inimicus eam. Quod si eam ea presidia, qua sunt illi, qui in nos hæc conferunt, tamen ea stultitia certe non fuisset,

Opus neruis.

Interesse tua.

Pugna illud.

Hic & istic.

Odissem.

Epistolarum familiarium

vt aut in obscuro odio apras inimicitias, aut in quo tibi nihil nocere, summam ostendere voluntatem nocendi. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni, quibus ego non tam imperavi, quam censui sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos: atque in eo ipso me non perseverasse, testes sunt rationes civitatum, in quibus quam tum quaeque voluit legatis tuis datum induxit. Te autem quibus mendacis homines leuissimi onerantur, non modo sublato sumptus, sed etiam a procuratoribus eorum, qui iam profecti essent, repetitos & ablatos, eaque causam multis omnino non eundi fuisse! Quererer tecum atque exostulari, nisi (vt supra scripsi) purgare me tibi hoc tuo tempore, quam accusare te mallem, idque putare esse rectius. Itaque nihil de te, quam credideris de me, quam obrem non debueris credere, pauca dicam. Nam si me virum bonum, si dignum iis studiis, eaque doctrina, cui me a pueritia dedi, si satis magni animi, non minime consilii in maximis rebus prospectum habes, nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. Sin autem me astutum & occultum lubet fingere, quod est quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quam aut floridissimi hominibus aspernari benevolentiam, aut eius existimationem oppugnare in provincia, cuius laudem domi defenderis: aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil obsis: aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum leuissimum! Quid erat autem cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognouissem! Cum vero reditum nostrum in gratiam uterque expetisset, quod in consulatu tuo frustra mecum egisti, quod me aut facere aut sentire voluisses! Quid mihi mandasti, cum te Puteolis persequerer, in quo non expectationem tuam diligentia mea vicerim! Quod si id est maxime astutum, omnia ad suam utilitatem referre, quod mihi tandem erat utilius: quod commodis meis apertius, quam hominibus nobilissimis atque honoratissimis coniunctio, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel praesidio esse possent! Quae tamen ego omnia in expectanda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. Quid illa vincula, quibus quidem liberissime astringor, quanta sunt: studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio vitae atque victus, sermonis societas, literae interiores, atque haec domestica. Quid illa tandem popularia: reditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspitione perfidiae, amplissimi sacerdotum collegium, in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuique ex collegio esset inimicus. Quae vt omittam tam multa, atque tanta, quis unquam tanti quaeque fecit, aut facere potuit, aut debuit, quam ego Cneium Pompeium socerum filiae tuae? Etenim si merita valent, patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum mihi per illum restitutum puto. Si consuetudinis iucunditas, quae fuit vniquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior: si vlla amoris atque officii signa, quid mihi ille non commisit: quid non mecum communicavit: quid de se in senatu cum ipse abesset per quemquam agi maluit: quibus ille me in rebus non ornatum voluit amplissime! Qua denique illa facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, aduersantem interdum actionibus suis! Quo studio prouidit nequa me illius temporis inuidia attingeret, cum me consilio, cum auctoritate, cum armis denique texit suis! Quibus quidem temporibus haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, non modo vt Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum maleuolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cum sit gener tuus, cumque praeter hanc coniunctionem affinitatis, quam sis Cn. Pompeio charus, quam iucundus intelligam, quo tandem animo in te esse debeo, cum praesertim eas ad me is literas miserit, quibus etiam si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumque me ad eius viri ita de me merito voluntatem, nutumque conuerterem! Sed haec haec hactenus, pluribus enim etiam fortasse verbis, quam necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea quae a me perfecta, quaeque instituta sunt, cognosce. Atque haec agimus & agemus magis pro dignitate, quam pro periculo tuo. Te enim (vt spero) propediem censorem audiemus, cuius magistratus officia, quae sunt maximi animi, summique consilii, tibi diligentius & accuratius, quam haec quae nos de te agimus, cogitanda esse censeo.

Vale.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO (VT SPERO)
CENSORI. S. D.

Vt spero
dicit.
Epistole
duae, altera
&c.



Um essem in castris ad fluuium Pyramum, reddite mihi sunt vno tempore a te epistole duae, quas ad me Qu. Seruilius Tarso miserat. earum in altera dies erat adscripta Nonarum Aprilium: in altera quam mihi recentior videbatur, dies non erat. Rudebo igitur superiori prius, in qua scribis ad me de absolutioe maiestatis.

de qua, et si pmultū ante certior fact⁹ eram literis, nunciis, fama deniq; ipsa (nihil enim fuit clari⁹, non quo quisq; aliter putasset, sed nihil de insignib⁹ ad laudē viris obscure nūciari solet) tñ eadem illa letiora fecerūt mihi tuæ literæ, non solū quia planius loq̄bantur, & vberiq; q̄ vulgi sermo, sed etiā quia magis tibi videbar gratulari, cū de te, ex te ip̄o audiebam. Complexus igit̄ sum cogitatioē te absentem, epistolā vero osculatus, & ipse mihi gratulat⁹ sum. Quæ em̄ a cuncto populo, a senatu, a iudicibus, ingenio, industriē, virtuti tribuunt, quia mihi ipse assentior fortasse, cū ea esse in me fingo, mihi quoq; ipsi tribui puto. nec tam gloriosum exitū tuū iudicii extitisse, sed tam prauā inimicorum tuorū mentem fuisse mirabar. De ambitu vero qd̄ interest inquires, an de maiestate: ad rē nihil. alterū enim non attrigisti, alterā auxisti. Verūtamē est maiestas (vt Sylla voluit) ne in quēuis impune declamari liceret. Ambit⁹ vero ita apertā vim habet, vt aut accuset̄ improbe, aut defendat̄. qui em̄ facta, & non facta largitio ignorari potest: Tuorū autem honorū cursus, cui suspect⁹ vnq; fuit: Me miserū, q̄ non affuerim, quos ego risus excitassem: Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucūdiſſima fuerunt. vnum, q̄ te ab ipsa repu. defensum scribis, q̄ quidē, etiā in summa bonorū, & fortium ciuū copia, tueri taleis viros deberet, nūc vero eo magis, quo tāta penuria est in om̄i vel honoris, vel etatis gradu, vt tā orba ciuitas taleis tutores cōplecti debeat. Alterū, q̄ Pōpeiū, Bruti fidē beneuolentiāq; mirifice laudas. Lator virtute, & officio cū tuorū necessariorum, meorū amicissimorū, tū maxime alteri⁹ oīm seculorum, & gentiū principis: alteri⁹, iam pridē iuuentutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. De mercenariis testibus a suis ciuitatibus notādis, nisi iam aliqd̄ factū est p̄ Flaccū, fiet a me, cū p̄ Asiam decedā. Nunc ad alterā epistolā venio. Qz̄ ad me quasi formā cōmunium tēporum, & rotius reipu. misisti expressam, prudētia literarum tuarū valde est mihi grata. Video enim & pericula leuiora, q̄ timebā, & maiora p̄ſidia. siquidē (vt scribis) oēs vires ciuitatis se ad Pōpeiū ductū applicauerūt. tuūq; simul prōptum aīm, & alacrem p̄ſpexi ad defendendā remp. mirificāq; cepi voluptatem ex hac tua diligentia, q̄ in summis tuis occupationibus, mihi tamen reip. statum per te notū esse voluisti. Nā auguraleis libros ad cōmune vtriusq; nostrum oriū serua. Ego em̄ a te cū tua p̄missa per literas flagitabā, ad vrbē te otiosissimum esse arbitrabar. nūc tamē vt ipse polliceris, p̄ auguralib⁹ libris oratiōes tuas cōfectas omneis expectabo. Tulli⁹, cui mā data ad me dedisti, nō cōuenerat me, nec erat iam quisq; mecum tuorū, p̄ter omneis meos, qui sunt oēs tui. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, nō intelligo: bis ad te scripsi me purgās diligēter, te leuiter accusans in eo, qd̄ de me cito credidisses: qd̄ genus q̄rele mihi quidem videbat̄ esse amici, sin̄ tibi displicet, nō vtar posthac. Sed si, vt scribis, hęc literæ nō fuerūt disertæ, scito meas non fuisse. vt enim Aristarchus Homerī versum negat, quem non p̄bat, sic tu (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in censura, si iam es censor, (vt spero) de proauo multum cogitato tuo.

M. T. C. APPIO PVLCHRO. S. D.



Ratulabor tibi prius, (ita. n. rerū ordo postulat) deīde ad me cōuertar. Ego vero vehemēter gratulor de iudicio ambit⁹, neq; id, qd̄ nemini dubiū fuit, absolutū te esse, sed illud, q̄ quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoq; plura virtutis, industriē ornamēta in te sunt, eo mirādum est magis, nullā ne in tabellē quidē latebra, fuisse absconditā maleuolētiā, q̄ te impugnare auderet, nō horum tēporum, nō horum hoīm, atq; morum negotiū: nihil iam sum pridē admiratus magis. De me aut̄ suscipe paulisper meas parteis, & eū te esse finge, q̄ ego sum: si facile inueneris quid dicas, nolī ignoscere hesitationi mee. Ego vero velim mihi, Tulliq; meq; (sicut tu amicissime, & suauissime optas) p̄ſpere euenire ea, q̄ me insciēte facta sunt a meis, sed ita cecidisse, vt agerent̄ eo tpe, spero oīno cū aliqua felicitate, & opto. verūtamē plus me ī hac spe, tua sapiētia, & humanitas cōsolat̄, q̄ opportunitas tēporis. Itaq; quēadmodū expediā exitū hui⁹ institutē oratiōis, nō reperio, neq; em̄ tristius dicere q̄q; debeo ea de re quā tu ipse omnibus optimis p̄sequeris, neq; nō me tñ morder aliqd̄, in quo vnū nō vereor, ne tu parū p̄ſpicias ea, q̄ gesta sint, ab illis esse gesta, quib⁹ ego ita mā daram, vt cū tam longe abfuturus essem, ad me ne referrent, agerent quod p̄bassent. In hōc autem mihi illud occurrit, quid tu igitur si affuisses: rem probassem, de tempore nihil te inuito, nihil sine cōsilio egissem tuo. Vides sudare me, iādudum laborantē quomodo ea ruear quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. Leua me igitur hoc onere, nunq; enim mihi vi-

Maiestas.
Ambitus.

Cū, tum.

Ad alterā
epistolam.

Ad vrbem
esse.

Stomacho
fiores lre.
Loc⁹ Cice.
Disertū qd̄
Ciceronia-
num.

Omina
optima in
nuptiis.

Argute.

Epistolarum familiarium

Ad Sidam
accederem

deor tractasse causam difficiliorem. Sic habeto tamen, nisi iam nunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato, ante nonas Sextileis, cum ad Sidam nauis accederem, & mecum Q. Seruilius esset, literae a meis sunt redditae, dixi statim Seruilio (etenim videbatur esse como- tus) ut omnia a me maiora expectaret, quid multa? beneuolentior tibi, quam fui, nihilo sum factus, diligentior ad declarandam beneuolentiam multo, nam ut vetus nostra similtas antea stimulabat me, ut cauerem, ne cui suspicionem fidei reconciliatae gratiae darem, sic affinitas nouam curam mihi affert cauendo, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse uideatur. Vale.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S.

Fore expe-
tendum.



Vasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expectandum studium tuum, sic cum de tuis rebus gestis agebatur, in seruiabam honori tuo. dicam tamen vere, plus quam acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit te, non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali viro contentus eram, sed etiam opera, consilio, domum veniendo, conueniendis meis, nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? Haec mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quae haec elaborat. INSIGNIA ENIM virtutis multi etiam sine virtute affecturi sunt, talium virorum tanta studia atque sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, praesertim in his studiis, quibus uterque nostrum deuinctus est. Nam tibi me profiteor & in reipublica socium, de qua idem sentimus, & in quotidiana vita coniunctum, cum iis artibus, studiisque, quae colimus. Velim ita fortuna tulisset, uti quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te, nostrum est onus. Illud velim sic habeas, quod in reliquis hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum. Cum hac scribebam, Censorem iam te esse sperabam, eo breuior est haec epistola, & ut aduersum magistrum morum modestior. Vale.

Nihil ad te

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM
FAMILIARIVM LIBER QVARTVS.

M. T. C. SERUIO SVLPITIO, S. D.

Ex se quissis



AIUS Trebatius familiaris meum ad me scripsit, te ex se quissis, quibus in locis essem, molestusque ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses, & hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusque nostrum conicere. Vtina Serui saluis rebus (sic. n. est dicendum) colloqui potuissem inter nos, profecto aliquid operis occidenti reipublicae tulissemus. Cognoramus enim iam absens te haec mala multo ante prouidentem, defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Sero enim veneram, solus eram, rudis esse videbar in causa, incideram in hominum pugnantium cupidorum insanias. Nunc, quoniam nihil iam videmur posse

Quicum.

se opitulari reipublicae. si quid est in quo nobismetipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestissime lugeamus, nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum communicandum putem. Nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla, neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt: atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturum, nisi ueritus essem, ne eius animam offenderem, qui a me ut te imitaretur petebat. Cui quidem ego, cum me rogaret ut adessem in senatu, eadem omnia quae a te de pace, & de Hispaniis dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem uides quo modo se habeat, orbem terrarum imperiis distributis ardere bello, urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam direptioni, & incendiis. Itaque

Adessem
in senatu.